

POSITIONES IURIDICAE

De

TESTAMENTIS

QVAS

1626,7
33

50.5

IN NOMINE SACRO-

SANCTÆ TRINITATIS.

Sub PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi Viri,

DN. SIGISMUNDI Flach/

V.I.D. ET VNIVERSITATIS ARGEN-

TORATENSIS INSTITUTIONUM PRO-

fessoris celeberrimi,

Fautoris sui perpetū honorandi.

Publici exercitii gratiâ ventilandas exhibet

JOHANNES WOLFGANGUS FABRICIUS

Windshemio - Francus.

Ad d. 21 Octob.

In Auditorio ICtorum.



ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. D. C. XXVI.

ILLUSTRISSIMI ET CEL-
SISSIMI PRINCIPIS AC DN. DN. CHRI-
STIANI MARCHIONIS BRANDENBURGENSIS, DUC.
Boruss. &c in Superiori Burgraviatus Norici Provincia Consiliariis
intimis, primariis, meritissimis, Consultissimis, fidelissimis, lauda-
tissimis : Viris Generosis , Magnificis , Nobilissimis , Amplissimis,
Præminentissimis, sapientia, virtute, varioq; rerum Politica-
rum usu Excellentissimis, Clarissimis ; Juris Justitiaeq;
Præsidibus vigilantissimis :

Dn. URBANO CASPARO à Feilitzsch / in Kürbis/Bernstein
Norbau & Schwarzenbach ad Salam, &c. Cancellario :
Dn. JOHANNI REUBOLD O, in Köhnitz & Klößwitz &c. Dica-
sterii Assessori :
Dn. JOHANNI BAPTISTÆ BAUMIO, Onoldino, U. J. D.
Consiliario, Oratōri & Advocato Culmbacci :
Dn. JOHANNI BURGHARDO STADTMANNO, U. J. D.
Consiliario & Advocato Culmbacci :
Dn. LAURENTIO KUPPELICH, U. J. D. Consiliario, Ad-
vocato & Feudorum Præposito Culmbacci :
Dn. JOHANNI FROBENIO, Jurisperito, Consiliario & Ca-
meræ Secretario in aula Culmbacensi :
Dn. LAURENTIO FUGMANNO, U. J. Candidato, Cancl-
larie quondam Cancellistæ Culmbacci :

Dnn. Mæcenatibus, Patronis, Cognato, Affinibus, ac
Favoribus summa observantia ac honoris
cultu prosequendis, de venerandis:

Positiones hasce in singularis obseruantiae monumentum,
& debitæ gratitudinis, studiorumq; testimonium trans-
mittit.

Joh. Wolfgangus Fabricius, A. & R.

THEISIS I.

Estamentum ex eo appellatur, quod sit testatio mentis,
pr. Inst. de test. ord.

II.

Definitur à Modestino in l. 1. ff. qui test. fac. poss.
Voluntatis nostræ justa sententia, de eo, quod quis post
mortem suam fieri velit.

III.

Testamentum dividitur vel secundum jus vetus, vel secun-
dum jus novum. Secundum jus vetus, aliud erat civile, quod siebat
aut tempore pacis in calatis comitiis, aut tempore belli in procin-
ctu, aut denique, quod his successit, per æs & libram. §. 1. Inst. d.t.

IV.

Aliud prætorium, quod prædictis testamenti generibus pau-
latim ab usu recentibus, Prætor omisæ imaginariæ venditione
introduxit, eique certam formam edito suo præscripsit, quâ ex
jure civili testium præsentiam uno contextu testamenti celebrandi
gratiâ retinuit, eorum verd numerum auxit, & loco s. testium
7. testes sub stituit, eorumque signacula testamentis imponi voluit.
§. 2. 3. Inst. d.t. l. 23. ff. qui test. fac. poss.

V.

Quoad novum jus (quod ex jure civ. & Prætorio & Princi-
pum Constitutionibus collectum est) dividitur testamentum in so-
lenne & minus solenne; & rursus vel in scriptum vel nuncupa-
tivum.

VI.

Solenne testamentum illud dicitur, in quo communem &
consuetum juris testamentarii ordinem adhiberi necesse est: minus
solenne, quod perfectum est, et si communis illa & solennis testan-
di forma in eo non fuerit observata.

VII.

Scriptum testamentum est, quod scripto conficitur. Nuncu-
pativum autem, quod sine scriptura fit, cum testator voluntatem
suam coram testibus voce & verbis declarat. §. ult. Inst. d.t.

A

Quamvis

VIII.

Quamvis testamentum originem suam trahat, quodammodo ex iure Gent. juri civ. tamen potius adscribendum est, cum ab illo certam & specificam formam suam, quæ in condenda ultimâ voluntate observanda est, & à quâ eius efficacia dependet, accepterit.

IX.

Quando autem querimus an testamentum valeat, in primis hæc duo animadvertere debemus. 1. an is qui scriptus testamentum habuerit testamenti factionem. 2. An secundum leges testatus sit. l. 4. qui test fac poss.

X.

De primo notandum, quod omnes testamentum facere possint, qui non prohibentur fac. l. 43. pr. ff. de vulg. & pupill subst. prohibentur verò alii naturā, alii legibus.

XI.

Naturā prohibentur vel ob defectum animi, ut impuberes. §. 1. Inst. quib. non est permitt fac. test. l. 5. 19. ff. qui test fac poss l. ult. C. de test mil. Furiosi & mente capti. d. §. 2. l. 16. §. 1. ff. qui test. fac. poss l. 1. §. 8. ff. de bon. poss. secund tab. aut corporis, ut muti & surdi §. 3. Inst. d. r. l. 6. §. 1. l. 7. ff. qui test. fac. poss. qui nihil omnino vel audire vel loqui, auctalio modo animi sui lena ex prime re possunt. l. 10. C. de his qui test. fac. poss.

XII.

Cœci verò non omnino prohibentur testamenta facere, sed si testari velint, præter communes & consuetas solennitates, alias in super ex Const. Justin. observare tenetur. l. 18. C. qui test fac poss. ut & surdi aut muti, qui vel scripturā, vel verbis voluntatem suam declarare possunt. d. l. 10. C. d. r.

XIII.

Lege prohibentur testari, quicunque non sunt cives Romani; veluti peregrini, obsides. l. 11. ff. qui test. fac. poss. l. 31. 32. ff. de jur. fisc. capti ab hostibus, quam diu in hostium potestate sunt §. ult. Inst. d. r. Deportati. l. 8. §. 1. ff. d. r. l. quibus siod è hæc in re compa- ratur proscripti ab Imperio. Servi l. 16. pr. l. 19. ff. h. t.

XIV.

Ad hunc verò ordinem an etiam capitulū damnati referri possint.

sint, dubium est? Mihi affirmantium opinio verior videtur. arg. I. 8.
§. 1. 2. ff. d. t. l. 12. 7. pr. 29. cum l. 8. §. 8. ff. de p̄n. junct. §. 1. 3. inst.
quib. mod. jus pat. pot. §. 2. Inst. de cap. dim. l. 6. §. 7. in fin. de in-
just.

52

XIV.

Porro legibus testandi facultas interdicta est iis, qui vel nulla bona habent, vel ea non pleno jure, cuius modi sunt filii fam. princ. inst. quib. non est permis. fac. test. l. 6. pr. l. 16. ff. qui test. fac poss. l. 2. §. ult. C. eod. nisi caltrese vel q. caltrese peculum habeant, in quo Principum Constitut filiis fam. testamenta condere permisum est. §. ult. Inst. de test. mil. d. pr. Inst. quib. non est permis. l. ult. C. de inoss. test. l. pen. C. de his. qui test. fac poss.

XV.

Quæ testandi facultas, an etiam ad bona adventitia quæ filius pleno jure possidet, pertineat, variè inter Dd. disceptatur. Ego Affirm. opinioni subscribo. per l. ult. §. 5. vers. filius autem fam. C. de bon. qualib.

XVI.

Prodi etiam, postquam magistratus interdicto bonorum administratione ipsis curatore dato interdictum est, testamentum facere nequeunt. §. 2. Inst. quib. non est permis. l. 18. ff. qui. testam. fac. poss.

XVII.

Minores verò puberes testamentum facere possunt. l. 3. §. 3.
ff. de admin. tut. etiam si curatores habeant. l. 77. §. 14. de leg. 2. l. 20.
§. 1. de lib. leg. & proinde bonorum suorum administratio illis non
sit commissa. l. 1. §. ult. ff. de minor.

XVIII.

Non sufficit autem, testatorem habuisse testandi facultatem,
nisi etiam testamentum secundum leges factum sit. supr. th. 9. Idque
potissimum apparet, ex formâ testandi legibus præscriptâ, quæ in
testamentis solennibus alia, alia in minus solennibus.

XIX.

In testamento solenni requiritur I. ut testamentum uno eodemque contextu, vel eodem tempore peragatur, nullo alio actu extraneo interveniente. §. 3. Inst. de test. ord. l. 21. §. ult. ff. qui test. fac. poss. l. 21. pr. v. In omnibus. §. 2. l. 28. C. de testam.

A 2

Ue

XXI.

II. Ut ad sint & testes, à testatore, vel ejus nomine à notario
(ut communiter observari solet) singulariter ad testamenti factio-
nem rogati. l. 21. §. 2. ff. qui test. fac. poss. l. 21. pr. C. de testam.

XXII.

III. Ut testator voluntatem suam declaret, præcipue ver-
quoac heredis institutionem, quæ fundamentum & caput est testa-
menti. 34. Inst. de legat. l. 3. v. Calpurnius. ff. de his qua in test. del.
l. 1. §. ult. ff. de vulg. & pup. in testamento nuncupativo quidem
nuncupatione. h.e. verbis clare & intelligenter coram testibus pro-
latis. §. ult. l. de test. ord. l. 21. pr. ff. qui test. fac. poss. l. 21. §. 2. l. 26.
C. de testam. quâ etiam nuncupatione, concurrentibus requisitis
th. præced. testamentum nuncupativum perfectum est. dd. ll.

XXIII.

In scripto verò testamento heredis nomen adscribi debet, per
manum testatoris aut testium, quod olim necessarium fuit. §. 4. Inst.
de test. ord. l. 29. C. de testam. vel, ex jure novissimo, per manum cu-
jus cunque. N. 119. c.

XXIV.

Porrò in testamento scripto etiam singulariter requiritur, ut
tum testator (vel ejus nomine, si ipse scribendi imperitus sit, octa-
vus testis) tum etiam testes omnes (& si eorum quidam scribere
nesciant, reliqui literarum periti illorum nomine) subscriptant.
d. §. 3. l. pen. ff. qui test. fac. l. 12. ult. C. de testam. & testes in conspe-
ctu testatoris signacula sua testamentis imponant. d. §. 3. & §. 5. Inst. de
test. ord. l. 9. C. de testam. annulo quidem ex jure Justin. d. §. 5. l. 22.
§. 5. ff. qui test. fac. poss. l. 12. C. de testam. non modo suo sed etiam
alieno. dd. ll. hodie verò alio quovis sigillo fac. Const. Maxim. I. An-
no 1512. Tit. Bon. Testamenten. §. Dte form. & §. Es mögen.

XXV.

An autē nō omniū testium subscriptio necessaria sit, cum te-
stator manu suā testamentum scripsit? Ita à quibusdam traditur,
sed (ut videtur) sine certo fundamento.

XXVI.

Non omnes verò possunt esse testes in testamento, sed illi
duntaxat, cum quibus est testamenti factio. §. 6. l. de test. ord. l. 6.
ff. qui test. fac. poss. Qui verò sui juris testamenta facere neque-
unt,

unt, illi etiam testes in testamento esse vetantur, etiam si ex aliorum testamentis sibi vel aliis acquirere possint. dd. ll.

XXVII.

Arcentur etiam à testimonio in testamento perhibendo, illi, quos leges jubet improbos & intestabiles esse, velut adulterii vel obscenorum famosum l. 18. ff. de test. l. 18. §. 1. ff. qui test. fac. aut reputandarum damnati. l. 15. pr. ff. de testib. l. 20. §. 5. ff. qui test. fac. possit, licet eorum quidam testamenta facere possint. l. 13. 14. ff. de his que ut indig.

XXVIII.

Prædicta tamen requisita non semper sufficiunt, ut testamento valeat, sed testator, qui suos heredes habet, eos necessariò vel instituere, vel ex heredare tenetur. pr. & t.t. Inst. de exher. lib. tit. ff. de lib. & post.

XXIX.

In minus solennibus testamentis solennitates hasce observare necesse non est. Quod pertinet testamentum militis, quod sola militis voluntate absolvitur, dummodo de eâ legitimis probationibus constet. §. 1. l. de test. mil. l. 1. 15. §. 1. l. 40. inf. pr. ff. de test. mil.

XXX.

Hoc autem privilegium militibus tantum, qui in ex peditione & castris degunt, Principum Constitut. concessum est §. 3. Inst. de test. mil. l. pen. C. eod. & hodiè quoque militibus qui in justis bellis stipendia merent, competit. Constat. Maxim. Ann. 15 i. 2. Tit. Bon den Testamenten. §. Vnd soll'n.

XXXI.

Secundò minus solenne testamentum etiam est, testamentum parentis interliberos; quod licet imperfectum sit, h.e. vel legitimo numero testium, vel aliis solennitatibus destituantur, inter liberos valet. l. 21. inf. pr. §. 1. C. de testam. N. 107. c. 1. 2. Ita tamen, ut liberi in eo instituti parentibus magis ab intestato, quam ex testamento succedere videantur. l. 16. ult. C fam. ercise.

XXXII.

Tertiò, testamentum tempore pestis factum: In quo illud quidem remittitur ne testes jungi & sociari necesse sit numerus tamē 7 testium non minuitur, sed totidem, quo in testamento solenni alias necessarii sunt, requiruntur. l. 8. C. de testam.

XXXIII.

Codicilli autem huc non sunt referendi, utpote qui in Jure nostro testamenti appellatione nunquam veniunt: sed testamento semper opponuntur. *fac. l. 7. C. de codicill.*

XXXIV.

Quamvis verò testamentum, in quo prædictæ solennitates observatae sunt, jure subsistat. Certis tamen modis infirmari potest. *l. 1. ff. de injust. rupt. veluti, cum rumpitur agnatione sui heredis. §. 1. Inst. quib. mod. test. infirm. l. 1. 6. ff. de injust. rupt. l. 28. §. 1. ff. de lib. & post. aut per posterius testamentum. §. 2. 3. l. d. t. l. 1. 2. ff. de injust.*

XXXV.

Perfectum autem oportet esse posterius testamentum, ut per illud prius rumpatur, *dd. ll. l. 20. C. de testam.* nisi posterius jure militari factum sit, vel in eo heres scriptus, qui ab intestato venire potest. *l. 2 ff. de injust. l. 21. §. 2. C. de testam.* quo casu rupto priori testamento, defuncto succeditur, tanquam ab intestato, *d. l. 21. §. 2.*

XXXVI.

Nudà autem revocatione testatoris, se intestatum decidere velle dicentis, facta coram testibus, prius testamentum rumpi non videtur. *§. 7. Inst. quib. mod. test. infirm. l. 36. §. pen. ff. de test. mil. l. 27. Cod. de testam.* Ut nec per posterius testamentum, in quo suus heres præteritus est *l. 7. ff. de lib. & post.*

XXXVII.

Deinde, infirmatur etiam testamentum, cum irritum sit; quod accidit, cum testator capitis deminutione statum suum in deteriorius mutavit, dum vel alterius iuri subjectus est, vel civitatem aut libertatem amisi. *§. 4. Inst. quib. mod. test. infirm.*

XXXVIII.

Cum enim status per capitis demin. in melius vertitur, veluti emancipatione filii, testamentum antea factum non infirmatur. *l. 6. §. ult. ff. de injust. l. 28. §. 1. ff. de lib. & post.*

XXXIX.

Testamentum antem hoc modo irritum factum convalescit si testator tempore mortis in pristinum statum restitutus sit, & codicillis, vel literis declaraverit, velle se ut testamentum valeat. *§. 6. Inst. d. s. l. 11. §. 2. ff. de bon. poss. secundum tab. add. l. 12. pr. l. 17. ff. de injust.* Et

Et his quidem modis ipso jure testamenta infirmantur. Sque est alius modus, quo rescinduntur per actionem, videlicet in officio querelam, quam liberi vel parentes defuncti, sine justa causa (cujusmodi recensentur in Nov. 115. c. 3. 4.) exherediti vel præteriti, intra quinquennium contra testamentum instituere possunt, ad eum effectum, ut non probata ab herede justa ex heredationis causa. l. 30. pr. C. de inoff. test. N. 115. c. 3. §. 13. testamentum quoad heredis institutionem infirmetur, reliqua vero eius capita, legata scilicet tutoris datio, &c. firma maneant. d. N. 115. c. 3. in fin. & c. 4. in fin.

Fratribus & sororibus (confanguineis, non etiam uterinis) defuncti, tum demum haec querela competit, cum turpibus personis heredibus institutis a fratre præteriti sunt. §. 1. Inst. de inoff. test. l. 21, 27. Cod. eod.

Denique, jure Prætorio testamentum infirmatur, bonorum possessione contra tabellam, quæ datur liberis in testamento patris præteritis, quos Prætor præteriti noluit l. 1. pr. ff. de bon. poss. cont. tab. §. 3. l. 1. de exher. lib.

Hæc breviter & generaliter de testamentis dicere volui,
reliqua specialiora, quæ permulta esse non

invitus fateor, suo loco re-
linquens.

CEDAM MELIORA DOCENTI.

COROL.

COROLLARIA.

- I. An iusta exhereditationis causa sit, si liberi sine parentis consensu nuptias contrahant, dubitatur. In filia id affermandum puto.
Negandum in filio.
- II. An sumpitus, quos pater in nuptias liberorum impedit, conferendi sint? Disping.
- III. Sumit a filio studiorum gratia suppeditatos, sicut & Doctoratum impensis non venire in collationem verius est?

FINIS.



CEDEM MEMPRA DOCUMENTI

COROL

AD PRAESTANTISSIMVM DN. IOH.

WOLFGANGUM FABRICIUM, DE TE-
stamentis publicè disputaturum.

Quod si quisque sibi Faber est: tu Candide Ian - VVolff
Fortuna faber es, Fabriciusq; tue.
Mens incus, lingua est tibi acutus malleus, os est
Forceps. Quid fabricas? verbag resq; bonas.
Materia, ex cerebro i talis que nascitur alto,
Significat mihi: quod si Faber aetherius.
Amico suo singulari gratulabundus apposuit.

Tobias Kirchmair, I. V. D.

Aliud.

Sicut avi, proavique tui, charique parentes,
Sicut item juncti sanguinis officio,
Quotquot erant unquam, & super hoc sunt tempore, longus
Immo ingens esset quos numerare labor,
Sidera magnatum clarebant celsa per aulas,
Publica adornantes commoda consiliis;
Hos tibi ad exemplum positos imitari, ut olim
Aſſideas simili nomine Cesaribus.
Et ne quis dubiteret, cathedram nunc scandis, ab ista
Fæcundi ingenij ritè daturus opes,
Et quasi ventura sparsurus semina frugis,
Vnde olim valeas par generi esse tuo.
Credo quid is possit sine nostro evadere voto;
Addo tamen, Faciant te tua cæpta parem.

Amico suo suavissimo f.

M. Samuel Gloncrus. P. L.

Aliud.

Mirus tu Faber es, alij cum ferrea cu'dant
Fabrici, doctas in fabricare theses,
singularis fraterniamoris ergo f.
Ioh. Casparus Vogler.

AD LIBESTAM MVM D^oH

Aliud.

P Er multos reperire licet vix ista videntes,

Quae sunt ante pedes, Iustiniane, tuos

Quia tamen & Iurisconsulti nomine gaudent,

Sint licet exculti Iure vel arte, parum.

Hinc fit ut ex adiatis legum dissolvere pauca

Velnibil omnino, nimala forte, queant.

Sic puto: si saperent insulfis, Iustinianus

Bartolus & Baldus muribus esca forent,

Tu, modo, Fabrici, juris Sacra viscer a rumpis

Et magis explanas, quia latuere magis.

Intra animas legum perplexas solvere strophas

Iura bonis referens: ferrea Vinclamalis.

Esto quod es, paucis similis, nullique secundus

Laus magna interim erit, post tua fata tibi,

Bono animo gratulabundus accinebat
agnatus

Joh. Ludovicus Müller.
Kittinga Fr.

Aliud.

U Liima Testantis veluti Testatio mentem

Exprimit, & Fabrum pradicat artis opus:

Sic doct am hec Fabri testantur lemmata mentem

Laudat & artifices fabrica pulchra manus.


Benevoli Affectus & fraterni Amoris
ergo appos.

Vincentius Müller von Hamburg

Strassberg, Diss., 1623-26

X26 n020

Von



B.I.G.

Black

| | |
|-------------|--------|
| 8 | |
| 7 | |
| 6 | |
| 5 | |
| 4 | |
| 3 | |
| 2 | |
| 1 | |
| 1 | Inches |
| 2 | |
| 3 | |
| 4 | |
| 5 | |
| 6 | |
| 7 | |
| 8 | |
| 9 | |
| 10 | |
| 11 | |
| 12 | |
| 13 | |
| 14 | |
| 15 | |
| 16 | |
| 17 | |
| 18 | |
| 19 | |
| Centimetres | |

Farbkarte #13

Centimetres

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

POSITIONES IVRIDICAE

De

TESTAMENTIS

QVAS

IN NOMINE SACRO-
SANCTÆ TRINITATIS.

SUB PRÆSIDIO

Clarissimi & Consultissimi Viri,

DN. SIGISMUNDI Flach/
V.I.D. ET VNIVERSITATIS ARGEN-
TORATENSIS INSTITUTIONUM PRO-
fessoris celeberrimi,

Fautoris sui perpetū honorandi.

Publici exercitii gratiā ventilandas exhibet

JOHANNES WOLFGANGUS FABRICIUS
Windshemio - Francus.

Ad d. 21 Octob.

In Auditorio ICtorum.



ARGENTORATI,

EXCUDEBAT PAULUS LEDERTZ,

Anno M. DC. XXVI.

50.5

33

1626.7

X

